





1704.

1. Boülerus, Iohannes Henricus: De sponsalibus.

1705

1. Schreyer, Iohannes Georgius: De jure haeremdi  
territorium et terrae cum exercitu.

1706.

1. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum  
iustitiam de actionibus.

2. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum  
iustitiam de negotiis gestis.

3. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum  
iustitiam de adoeatio-

4. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum  
iustitiam de compositionibus

5. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum  
iustitiam de sponsalibus.

1707.

1. Corberon, Nicolaus de: De testamento patris iheros

1707.

2. Felzias, Iohannes Henricus: De statis nobilitatis iure  
diplacat. I. R. T.
3. Felzias, Iohannes Henricus: De Excerpta controversiarum illustris  
de jure et eius officio
4. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum illustris  
de arbitris
5. Felzias, Iohannes Henricus: Excerpta controversiarum illustris  
de litis
6. Felzias, Iohannes Henricus: Selecta juris publici controversiae  
de fundis imperii
7. Hemingerus, Iohannes Hugo mundus: Thesis anatomical in lectio  
anatomica argentinensis
8. Klinglin, Fridericus Tusepius: De successione foeminarum  
in fundo Franco.
9. Krichelius, Thies: Syllae theses mathematicarum
10. Scherzius, Joh. Georgius: De duellis principiarum.

1708

1. Burchheim, Philippus Fridericus de: De constitutis nobilitum. . . . 3 Sept. 1708 - 1736
2. Faust, Samuel: De legittimis circa legitimam gravaueritatis
3. Felzius, Iohannes Henricus: Sacra contra ueris uera  
illustratio de liberi legittimis
4. Felzius, Iohannes Henricus: De jure successorum heraldicorum  
in fundis.
5. Felzius, Iohannes Henricus: De renovatione inventariorum  
et similiacis iurisdictis pertinente.
6. Klie, Franciscus Gabriel: De modis acquirendis dominicis.
7. Lück, Terentius Bertholdus: De jure principium.  
2 Sept. 1708 - 1780.
8. Radem, Antonius Josephus: De multa pauc' letali
9. Schödl, Ioh. Henricus: De praelitis uaribus pacis
10. Schulmeister, Ioh. Nicolaus: De alienatione fundi dotalis

1891

and now I will write to you again to let you know what has been done  
since I last wrote to you. And I will also let you know what has  
been done to help the poor and unfortunate  
people who have suffered so much from  
the fire in your office.

Since we have already brought the necessary  
funds, we will now send them over  
to you without any delay. We will do  
whatever we can to help you and your  
fellow citizens to get back on their feet  
as soon as possible.

We hope that you will receive our  
offer with pleasure and that it will be  
of great assistance to you. We will  
keep you posted on our progress  
and will let you know when we have  
arrived at our goal.

With best regards and kind regards,  
Yours sincerely,











11058.

THESES JURIDICÆ  
DE  
**SPONSALI-**  
**BUS**

Quas

*Adjuvante Divino Nume*

SUB PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS HENRICI  
BOECLERI,  
J.U.D. Inst. & Jur. Publ. Prof. Ord.  
& Cap. Thom. Canon.

D. 18. Septembr. Anno M DCC IV.

SOLENNITER tuebitur

FRANC. ANTONIUS KELLER  
Aulendorff. Autor & Respond.

ARGENTORATI,

Literis DANIELIS MAAGIL

453.

HESSE LUDWIG

DE

SPGASAH

BEST

GO

THEMIS DIAVOLUS

DR. J. G. F. H. S.


L. N. T. A. M. P. H. T. O. R.

G. G. C. C. C. C. C. C. C. C.

C. C. C. C. C. C. C. C. C.

H. A. M. C. A. M. C. A. T. B. I. C. H.

THEMIS DIAVOLUS



*Thes. Prima.*



Ritum jam satis  
est , Sponsalia à spon-  
dendo derivari , dici-  
que , nam moris fuit  
veteribus , ut uxorem  
ducturus eam ab eo ,  
sub cuius potestate erat , in matrimonium  
ductum iri , stipularetur , & nuptum datu-  
rus sponderet , daturum l 2 ff. h t. *A*  
*GELLIAS lib. 4. noct. atric. c. 4.* hinc quæ  
despondebatur Sponsa , cui despondebatur  
Sponsus , qui spondebat , puellæ pater , qui  
despondebat , adolescentis , quamvis hoc  
discrimen non semper observatum , & dies  
quo spondebatur sponsalis appellabatur  
Variis modis sponsalia describi solent

A 2

sub

sub nomine fidei pactionis. c. i. X. de *spon.*  
*duor.* nonnunquam sub spe nuptiarum seu  
 matrimonii. l. 6. ff. b. t. l. 13. §. 3. ff. ad l.  
*Jul. de adult.* Alicubi vocantur nuptiæ  
 speratae, inde ipse sponsus & sponsa sperati  
 conjuges vocantur. Non una quoque  
 sponsaliorum significatio, nam minus pro-  
 priæ ponuntur pro ipso matrimonio cap.  
 22. § 31. X. h. t. Communiter & proprie di-  
 cuntur sponsalia futurarum nuptiarum  
 mentio & re promissio.

## THES. II.

**D**iximus futurarum nuptiarum, adeo-  
 que non tantum ea *Sponsalia* quæ in  
 Jure Canonico de futuro appellantur, sed  
 etiam *Sponsalia de praesenti* re ipsa futurum  
 respiciunt.

## THES. III.

**D**ividuntur in publica & clandestina.  
 Publica quæ fiunt coram testibus &  
 acce-

accedente parentum consensu. Clande-  
stina, quæ sine his contracta vid. i. X. de  
cland. desp.

THES. IV.

**S**Ponsalia porro fiunt vel pure, vel adje-  
cta die vel sub conditione, pure quæ  
fiunt absolute & simpliciter, adjecta die,  
cum intra certum tempus aliquam in uxo-  
rem se ducturum quis promittit, sub condi-  
tione, quæ in casum futurum contrahuntur.

THES. V.

**C**Ontrahuntur consensu, qui non tan-  
tum verbis, sed etiam litteris sive per  
epistolam, nuntium vel procuratorem ex-  
primi potest.

THES. VI.

**A**rrha Sponsalitia (quæ à Germanis  
der Mahlschag vocatur) datur in tes-  
seram & probationem sponsaliorum con-  
tractorum, ut evidentius intelligatur, con-

venisse de sponsalibus & sponsalia contracta esse: insignis autem est quæstio an annulus Virgini datus præsumptive probet sponsalia? Nos ex eorum parte stamus qui statuunt, hoc tunc demum procedere si tractatio de sponsalibus vel matrimonio præcesserit? Secus res se habet si nulla causa expressa detur, tunc enim donatio censetur esse magis quam arrha.

## T H E S. VII.

**Q**ui contrahunt sponsalia, si legitime velint contrahere, debent deliberationis & consensus esse capaces, quia sponsalia sine deliberatione & consensu non subsistunt, ut inter infantes vel inter maiorē cum infante, adeoque non sint minores septem annis.

## T H E S. VIII.

**H**inc invalide sponsalia ineunt, furiosi, insani, mente capti, sive ipsi inter se  
sive

sive cum aliis ratione utentibus contrahant. Stolidi autem, substupidi & simplices qui judicium habent, & intelligunt quid agant sponsalia contrahere possunt.

T H E S. I X.

**N**ullius valoris sunt sponsalia, quæ celebrant extreme ebrii tempore ebrietatis quia consensu destituuntur.

T H E S. X.

**S**Ponsalia contrahere non possunt, qui muti surdi cæci simul sunt, item surdi & cæci à natura, cum nec verbis nec signis instrui valeant de juribus & qualitatibus sponsaliorum aut matrimonii.

T H E S. XI.

**P**ersonæ desponsandæ debent esse certæ, sicut enim Matrimonium nequit consistere nisi cum persona certa, ita nec sponsalia, quæ sunt via ad matrimonium.

T H E S.

¶ ( B. ) ¶

THE S. XII.

PARENTES filios justæ ætatis despondere possunt sine speciali mandato, & ad sponsalia contrahenda filiorum nomine, sufficit filios præsentes esse & non contradicere.

THE S. XIII.

IN sponsalibus requiritur consensus Parentum licet impii, ebriosi vel prodigi sint.

THE S. XIV.

TUTOR pro pupillo, frater pro sorore, aut cognati pro cognato sponsalia non contrahunt. Dictum est supra per procuratores & internuntios sponsalia confici posse. Ad hoc non sufficit Mandatum generale sed requiritur speciale.

THE S.

¶ ( 9. ) ¶

T H E S. X V.

PER sponsalia promittitur Matrimonium  
licitum & validum , & sponsalia consi-  
stere debent in promissione vera libera ac  
deliberata acceptata & mutua.

T H E S. X VI.

Nuptiae reciproce vel ab ipsis sponsis vel  
aliis eorum nomine promissæ ex ali-  
quo temporis intervallo subsequi debent,  
quia obligatio ex sponsalibus nata , ad-  
stringitque sponsum ad contrahendum  
suo tempore matrimonium, atque ad omit-  
tenda illa , quibus impediri aut ultra termi-  
num differri posset speratum matrimo-  
nium.

T H E S. X VII.

EX sponsalibus nascitur publica hone-  
stas quæ inter sponsum & sponsæ con-  
sanguineas & inter sponsam & sponsi con-

B san-

¶ ( 10. ) ¶

sanguineos matrimonium contrahi non  
permittit.

THE S. XVIII.

**E**X sponsalibus , etiam simplici con-  
ventione contrahentium celebratis ob-  
ligatio naturalis & civilis , consequenter &  
actio in foro datur.

THE S. XIX.

**C**ontrovertitur an si pater illustris filium  
aut filiam in cunis despensavit , is pu-  
bes factus sponsalia adimplere teneatur ,  
multi docuerunt affirmativam , censeo ta-  
men filios indistincte non ligari sponsali-  
bus à parentibus contractis , si specialem  
causam non habeant . Si vero parentum  
specialiter intersit , & propter causas præ-  
gnantes , ex virtute pietatis teneri eos pa-  
rentibus morem gerere .

THE S.

¶ ( n. ) ¶

THE S. XX.

IN Imperio Rom. Germanico sponsalia  
inter personas Romano-Catholicæ &  
Lutheranæ religioni addictas subsistunt.

THE S. XXI.

SI plura sponsalia contracta fuerit, regu-  
la est quod priora præferantur posterio-  
ribus etiamsi accesserit copula carnalis po-  
sterioribus. Publica tamen posteriora præ-  
feruntur prioribus clandestinis.

THE S. XXXII.

QUæritur an sponsalibus sub conditio-  
ne contractis pendente conditione  
alia contrahere sponsalia liceat, ita ut non  
expectari debeat conditionis eventus? Ve-  
rior videtur negantium sententia.

THE S. XXXIII.

CONTROVERTITUR an qui sponsalibus con-  
ditionem apposuit, invita etiam alte-

ra parte renunciare conditioni possit? Af-  
firmatur.

THE S. XXIV.

**C**Ontraria sponsaliorum sunt causæ ex  
quibus dissolvuntur, quæ variae sunt  
ut mutuus dissensus, furor, inimicitia,  
non quidem leviores, sed capitales.

THE S. XXV.

**S**ponsalia etiam dissolvi possunt propter  
superveniens vitium corporis e. g. mu-  
tilationem nasi, aliasque similes mutatio-  
nes.

THE S. XXVI.

**S**ponsalia etiam rescindi possunt si spon-  
sus aut sponsa corripiatur lepra, aut alio  
morbo contagioso, si sponsa aut parentes  
eius ob paupertatem subsequitam pro-  
missam dotem præstare nequeant.

THE S.

¶ ( 13. ) ¶

THE S. XXVII.

**D**issolvuntur quoque sponsalia ob supervenientem sponsæ fornicationem, quæritur autem an si virgo post sponsalia contracta stuprum violentum patiatur, à sponsalibus resilire liceat ? Affirmamus.

THE S. XXVIII.

**D**E Jure Civili Romano dissolvuntur quoque sponsalia si sponsus per raptum abducat sponsam.

THE S. XXIX.

**E**odem jure solvuntur si absque justa causa differantur ultra biennium per l. 2. C. b. t. Sunt præterea aliæ adhuc causæ sed propositum meum non est omnes recensere.

B 3

THE S.

92 (14.) 26

I THES. XXX.


ID unicum adhuc addere animus est  
sponsalia non dissolvi ob dissensum pa-  
rentum si justam dissentendi causam  
non habeant.

F I N I S.

III V X X







Straßburg, Diss., 1704-08



Vdn8



**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches  
Centimetres

11058.

THESES JURIDICÆ  
DE  
**SPONSALI-**  
**BUS**

Quas

*Adjuvante Divino Nume*

SUB PRÆSIDIO  
DN. JOHANNIS HENRICI  
BOECLERI,  
J.U.D. Inst. & Jur. Publ. Prof. Ord.  
& Cap. Thom. Canon.

D. 18. Septembr. Anno M DCC IV.

SOLENNITER tuebitur

FRANC. ANTONIUS KELLER  
Aulendorff. Autor & Respond.

ARGENTORATI,  
Literis DANIELIS MAAGIL

453.